

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Promptvarii exequialis pars ...

Continens centurias II. dispositionum, quibus themata funebria sive
scripturae dicta varia ...

Bidembach, Felix

Francofurti, 1625

Thema XXXVI.

[urn:nbn:de:bsz:31-130978](#)

THEMA XXXVI.

Rom. 3.v.23. & 24.

Non est distinctio: omnes peccauerunt & deſtituuntur gloria Dei. Iuſtificantur autem gratis, per illius gratiam, per redēmptionem, qua est in Chriſto Iesu.

D I S P O S I T I O.

Hic locus Pauli merito inter praecipuas totius Scripturarum sententias numeratur. His enim verbis, primum quidem totius generis humani iniustitia, deinde vero gratuita per Christum iuſtificatio, paucis sed emphaticis verbis ſic deſcribitur, ut nihil omnino defit, quod ad isthanc rem pertinet. Cum igitur hoc vnum omnes vnicet exoptemus, vt coram Deo iuſti & ſalui eſſe poſſimus, hic attendamus Pauli verbis. Et quia agnitus morbo facilior eſt via ad sanitatem: Ideoque 1. noſtrām miferiam & damañabilem iniustitiam, 2. tumq[ue] etiam considerabimus, quomodo ex illa miferia liberari, & iuſti corā Deo atqui accepi fieri poſſimus. Singula autem utriusque membra singularem habent emphasis, Ideoque singula accuratius ponderanda erunt.

I. Pars.

1. Peccauerunt, inquit Paulus, & loquitur de his, de quibus ſupra dixerat, Iudeos & Grecos obnoxios eſſe peccato, v.9.

2. Ideoque hic addit, peccauerunt OMNES. Iudei & Greci. Imo totus mundus: ſupra v.20.

3. Paulus etiam id amplificat his verbis. Non eſt differentia. Magna alias eſt differentia inter homines.

Alius Iudeus, aliud gentilis, aliud Christianus. Alius nobilis, aliud ignobilis, &c. At ratione peccati nulla eſt differentia. Omnis caro corrupit viam suam, Gen. 6 v. 12. Omnes quasi oves errauimus, Eſa 53 v. 6. Peccatum in omnes transiit ab Adamo, Rom. 5 v. 12.

Kk 5

4.Nee

THE,

4. Nec satis. Destruuntur gloria Dei, ait. Debetan quidem habere hanc gloriam, quod sunt bona & sancta Dei creatura: quodque homines facti sunt ad imaginem Dei. Quae gloria nulli alii creaturæ contingit. At sic sumus deformati, ut pœnitentia Deum, quod fecerit hominem Gen. 6. v. 6. Et deridet Adamū, Gen. 1. v. 22. Ecce fons vis est sicut unus ex nobis: qualis diceret: Minime talis est amplius qualis fuit creatus: nendum melior. Imo iumentus homo comparatus est, Psal. 49. v. 13. Hinc illud: Quid est homo, quod reputas eum? Psal. 144. v. 3. Ideoque nobis confuso facies, Dan. 9. v. 7. Absit mihi gloriari, Galat. 6. v. 14. Prosternoribus habeo, Phil. 3.

Loc. Discamus hinc agnoscere nostram miseriam & iniustitiam ne coram Deo nos extollamus, quod est peccatum omnium gravissimum, & ipsi Deo intolerabile. Phariseus, Luc. 18 non iustificatus abiit. Si dicimus, peccatum nō habemus, I. Joā 1. v. 8. Id agnoscere debet Omnes sine discrimine. Nemo scipsum deberat aut potest excire. Nemo peccata suā extenuare. Nemo bona opera prætendere. Destruimur enim omni gloria. Et exclusa est omnis gloriatio. Hoc ipso cap. v. 27. Qui autem vult gloriari, gloriatur in infirmitate sua cum Paulo, 2. Cor. 12. v. 5. Et in Domino, Ier. 9. v. 24. Nec quisquam despiciat alterum: nec se meliore esse putet. Non est differentia. Nemo iustus. Nullius cor mundum, Prou. 20. v. 9.

Hæc meditatio admodum est necessaria, ad deprimendum illud carnis nostræ supercilium.

II. Pars.

Nunc vero rationem iustificationis ordine & exquisitissime demonstrat.

1. Iustificabimur, licet simus miseri peccatores. Magnum est hoc, & longe maius, quam quod Ester ancilla captiva sit regina.

2. Et quidem gratis: Sine omni nostro merito. Hoc maius est, Ioseph ex captiuo sit dominus; sed illud meritus

THEM
wir geht
unmeinto.
1. Non q
am. Non q
nabene vte
un sian ch
un. Vide T.

4. Atv
fructus: P
du. Impo
dus daf
pi. Pet. 11.

Hinc me
Job. 19. v.
l. o. c.
to. sed à Pa
secum co
Spiritus sa
nam mini
operibus
iustifican
nam addic
oppounit
plic. 2. v. 3.

Eft aut
redemptor
la cacaui
ne Eft. 43.

1. Non imp
Non nobis
II. Vna
tem eterna
Pugnaciam
occulis ab o
io traditur.

THEMA XXXVI EX NOVO TEST. 523

tus est, ut sic eucheretur. At nos gratis iustificamur: sine omni merito.

3. Quomodo autem iustificamur gratis? per ipsius gratiam. Non quod iuxta scholasticos Pontificios gratia prima bene vendo hanc mereamur: sed quod Deus gratuitam suam clementiam & misericordiam nobis gratis offerat. Vide Tit. 3. v. 5. Eph. 2. v. 8.

4. At unde nobis illa gratia & misericordia, cum Deus sit iustus? Per redemptionem partam sanguine Iesu Christi. Is pro nobis patri perfoluit pretium redempcionis. Factus est λόγος, Matt. 20. verl. 2. Precioso sanguine redempti, 1. Pet. 1. v. 19. 1. Cor. 7. v. 23.

Hinc merito Christus dicitur redemptor.

Job. 19. v. 25. Psal. 31. v. 6. Redemisti me.

Loc. I. Ecce doctrinam non nouam, non à Lutherio, sed à Paulo, imo à Spiritu sancto traditam, quod iustificemur coram Deo gratis absque omni merito. Et videtur Spiritus sanctus distere voluisse infringere illam doctrinam minime Catholicam: quod partim gratia, partim, operibus iustificemur: ideoque non satis illi erat dicere, iustificamur per gratiam, sed secundum quoque exclusivam addidit dicit enim gratis, & per gratiam. Et directe opponuntur gratia & meritum, Rom. 11. v. 5. & 6. Item Ephes. 2. v. 8. & 9.

Est autem hæc doctrina firmissime tenenda, ut Christo redemptori suis constet honor: qui dicit, ego torcular fuius calcaui, El. 63. v. 3. Et ego deleo iniurias tuas propter me Esa. 43. v. 25. Is impunat suam iustitiam nobis, Rom. 4. v. 5. non imputans peccata, 2. Cor. 5. v. 19. Dicendum ergo: Non nobis, sed nomini tuo da gloriam, Psal. 115. v. 1.

II. Una eademque semper fuit ratio consequendi salutem æternam, in veteri & novo Testamento, Act. 15. v. 11. Per gratiam Christi, saluati credimus, sicut & illi. Agnus occisus ab origine mundi, Apoc. 13. v. 8. Esa. 53. Christi passio traditur. Abraham sive Christum vidit, Joan. 8. v. 56.

F I N I S.

T H E.